editas, prodiisse Leipsiæ, in uno volumine; quandò accepero, primâ navi tradam.

Propagatur primariò, articulis secedentibus versus partem crassiorem, more Polyporum.

 Utile externè, in pernionibus et catharris.

De *Horologio Floræ* mittam integram dissertationem, modò mihi tempus scribendi; nolo retardare litteras et tabellarius mox discedit.

Vale et vive dulcissimè cum dulci conjuge, cui devotissima mea dicas officia; illa valebit quamdiù tu vales, adeòque curabit ut benè valeas; tranquillitas animi et corporis alimentum sustentant hominem.

Dabam Upsaliæ, 1748, d. 11 Novem.